et putrefactio ſit velocior fiat cliſtere preceden
do flobotomiam. Et adminiſtretur quotidie in
potu ſirupus limonum cum aqua decoctionis or
dei mundati. capillis veneris recentis. an̄. quar
terium ß. quattuor ſeminum frigidorum mun
datarū. ℥. i. ⁊ ß. acetoſe. ℥. ß. panis zuccari. quart̄
vnū fiat ptiſana clara. Unde ſi alij humores fue
rint in cauſa preparētur cum digeſtiuo. quod ſe
quitur. ℞. radicum bruſci ſperagi endiuie gra
minis effoliati. ſcariole capillis veneris epati
ce cicoree bugloſſe cum ſua radice. an̄. M. vnuꝫ
quattuor ſeminū frigidorum mūdatarum. ſemi.
acedule portulace. an̄. ℥. ß. berberis roſ. ſandalo
rū albi ⁊ rubei. an̄. ℥. i. ſucci citranguli vini malo
rum granatarū muſorum an̄. quart̄. ß. canfore.
ʒ. ß. panis zuccari librā vnam clarificet̄ ⁊ fiat ſi
rupus. Digeſta materia euacuet̄ cum his que ſe
quunt̄. ℞. viol. ℥. ij. corticis citranguli berberis
liquir. mundate. an̄. ℥. ß. paſſularū mundataruꝫ
quart̄. vnuꝫ fiat decoctio in qua diſſoluant̄ caſ
ſiafiſtul. mund. trifere ſarracennice. an̄. ℥. i. ele
ctuarij de ſucco roſ. ʒ. iij. fiat potus qui detur in
aurora. Deinde rectificetur aer iuxta temporis
naturam calefaciendo artificialiter in hyeme et
infrigidando in eſtate cum his que ſequūtur. ℞
foliorum ſalicis vitis albe: foliorū arundinis ro
ſarū. nenufari ⁊ mirte quod ſufficit colligantur
ante ſolis ortum et pauimēto camere bene mun
dato et aqua frigida cum aqua roſa. et aceto al
bo omni mane deſuper aſperſis tunc ſternantur
predicta folia et frondes. Et diſtillentur aque ſu
per peluim in angulis ipſius camere. Deinde o
doret frequenter pomum ambre. prout ſequitur
℞. mirte ſandalorū alb. ⁊ rub. nucrimus. an̄. ʒ.
duas. canfore. ʒ. vnam. aque roſacee. ℥. ß. ladani
puriſſimi quod ſufficit miſceantur. Poſtea ad
miniſtrentur trociſci canforati. Auicēna ſic. ℞.



(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

dragagāti albi ſpodij electi gummi arabici albi
ſeminis pſilij. aā. ʒ. ß. zucari candi liqui. mund.
ſeminis cucurbite citrulli portulace. aā. ʒ. i. pe-
nid. ℥. ß. canfore. ℈. i. ſucci citranguli panis zuc.
aā. quod ſufficit fiant troci. ad menſuraꝫ lupino
rum amarorum ⁊ dentur cum ſirupo alexādrino
Et quia in his febrib⁹ cōſueuerūt apoſtemata i
guinum ⁊ ſubaſſellarū ſuꝑuenire q̄bus eſt ſubue
niendum diligēter iuxta doctrinam venerabilis
doctoris Thederici in ſuo compendio dicentis
ꝙ corpore mundificato ſi particularia ꝯueniant
fiat primo flobothomia in exitura inguinis de
vena baſilica manus oppoſite. ſed hoc non lau-
do quia traheret materia verſus principalia mē
bra ſi fieret flobotomia de parte oppoſita. ſꝫ fiat
de eadem parte. Poſtea ad locum reuertamur ⁊
miniſtremus reſolutiua mollificatiua ſicut oleū
calidum dialtee mixtum. aā. quod ſufficit et ap-
ponatur ſtatim emplaſtrū quod ſequitur. ℞. ra-
dicū lapacij acuti ſenetiōis rad. lilij. aā. M. vnū
alfite farine ſeminis lini muſcillaginis fenugre
ci. aā. ℥. ij. tyriace magne electe. ℥. ß. litargiri te
rebentine. aā. ℥. i. colofonie. aā. ℥. ß. axūgie por
cine recentis quod ſufficit fiat emplaſtrum. Si
in apoſtematib⁹ in ſubaſſellis ꝓuenientib⁹. ꝓut
aſſerit Thedericus fiat flobotomia in principio
fiat de ſoſena pedis partis oppoſite aut de baſili
ca alterius manus aut ambarum ſi res fuerit ſu-
perflua. Et ſi poſt flobotomiam nō ſedetur et ap
pareat rubedo ſeu pulſatio tunc ſcias ꝙ collecti-
onem faciet. Ponatur igitur deſuꝑ emplaſtrum
maturatiuum ſuperius dictum et ip̄o maturato
aperiatur et ſanies mundificetur et cōſolidetur
Unde ſuper omnia regula mirabilis Thederici
et ſemper probata et notanda quoniam in exitu
turis exiſtentibus in locis neruoſis ⁊ ꝓpinquis
iuncturis perforatio nō eſt differenda imo ante
complementum maturationis velociter eſt per-
foranda maxime in epidimiali tempore ⁊ nimis
periculoſo eo quia materia eſt multum venenoſa
⁊ corrupta exiſtens circa membra nobilia. Tam̄
contra ſinthomata ſic ſubueniendum eſt. Naꝫ ſi
dolor ſtomachi ſuperuenerit ſaccelletur cum hiſ
que ſequunt̄. ℞. ℥. i. ſandali albi ⁊ rubei. aā. ʒ. iij
corticis citri. ʒ. duas conquaſſentur fortiter ⁊ fi
at ſacculus infundendo in aqua roſ. cum modi-
co aceto ponendo ſuper os ſtomachi. Et ſi extre
ma infrigidentur forti infrigidatione fiant for-
tes fricationes incipiendo ab interioribus tra-
hendo ad exteriora. Si etiam contingat appeti
tum cadere ſubueniatur ꝓmo cum acetoſis in po

tu ſumptis ſicut lacte acetoſo et ſucco limonum
ſeu citrangulorum. Et poteſt fieri tale apozima
℞. ſucci acetoſi. ſucci citranguli. ſucci maloruꝫ
granatarum muzorū. aā. quart. ʒ. vnum. ſucci mē
te. aque roſarū damaſc. aā. quart. ʒ. ß. clarificetur
et fiat apozima ad lib. duas. Unde ſi vigilie ſu-
peruenerint cum alijs accidentibus ad capitulū
de cauſone recurramus. Reſtaurentur tam ſani
q̄ egri ſm Auicēnam cum rebus acetoſis deſic-
catiuis non in magna quantitate aſſumptis. ita
tamen vt vitetur cibi repletio ⁊ potus vniuerſa
liter in hoc tempore ⁊ coitus. Unde bene poſſe-
mus vti lacte acetoſo ſine butyro cocto ⁊ ſero ca
prino acetoſo. Poteſt etiam bibere tempore eſti
uo acetum album cū aqua frigida plurima: quo-
niam eſt multum iuuatiua. Et valet ſumme caue
re ab omnib⁹ oleribus et vti carnibus pullorum
iuuenum ⁊ arietum ⁊ vitulorum cū acetoſis ſalſa
mentis coctorum cum ſucco limonum citrangu-
lorum ſeu vino malorum granatarum muzorum
cum coriandro preparato et aqua roſ. ⁊ cro. Po
teſt etiam vti caparis cum aceto albo ablutis de
tur ſanis tyriaca magna Gal. cum gelemabin:
quoniam ſunt iuuatiua valde. Naꝫ ſicut habetur
tertio amphoriſmorum. Mutatiōes temporuꝫ
maxime generant morbos vbi declarātur a Ga
lieno tres ſpecies epidimiarū quarum prima di-
citur maior. vnde quādo vnūquodqꝫ tempus in
ſuis qualitatibus diſtemperatur: vt ſi eſtas que
debet eſſe calida et ſicca ſit frigida ⁊ humida: vl'
hyems que debꝫ eſſe frigida ⁊ humida ſit calida
⁊ ſicca et ſic de alijs. Minor vero epidimia cau-
ſatur quādo aliquod tēpus in vna ſola qualitate
diſtemperatur vl' frigida vel ſicca: et ſic de alijs.
Sed media epidimia dicitur quando eadem die
ſit eſtus et eadem die frigus: vel in eadem heb-
domada: vel in eodem menſe. Et ſimiliter quā-
do eodem die mutatur aer de caliditate ad fri-
giditatem: tunc mutabuntur ſm ea corpora a-
nimalium. Et proueniunt quandoqꝫ ex corrupti
one aeris accidentia mala in corpriobus humi-
dis maxime cum putrefactio cauſatur ex vapori
bus lacuum et ſtamnorum et terrarum et loco-
rum: vbi naſcuntur olera et caules et eruca et ar
bores viſcoſe malarum complexionum ſicut nu-
ces et ficus. et ex malis odoribus cadauerum
mortuorum propter quod generatur peſtilen-
tia et aer putrefactus peſtilentialis qui vt pluri
mum prouenit in poſtremo eſtatis et autumni.
Unde illa corpora leduntur ab his que ſunt ple-
na humoribus malis et corpora coitum multi-

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

plicantia. Item dilatatio pororum et corpora multas balneationes. cibos humidos et potus frequentantia et nimis vtentia.

## De variolis et morbillis. Capl'm.xxvi.

Variole et morbilli sunt quedam pustule parue de genere infectionum et corruptionis huorum super corpus. Nam ſm Auic. iiij. canonis fen p'ria al'. quarta tractatu quarto. Iſta paſſio poteſt cauſari vniuerſaliter duobus modis. primo ex ſanguine meſtruo in poroſitatibus membrorum ipſius fetus retento et tunc natura fortificata expellit et mundificat corpus ab hoc ſanguine vt in infantia puericia ſeu adoleſcētia. raro autem in iuuentute. ſed rariſſime in ſenectute et iſto modo eſt cōmunis omnibus. Alio modo generatur ex regimine in malo cibo vtente cito corrumpente ſicut lac et vinum ſimul in eadē comeſtione et in eadem menſa ſumpta cum ſint calide ⁊ humide nature. Signorum quedā ſunt que predicūt variolas futuras ſicut pruritus narium apparitio lampadum. timor in ſomno. dolor in capite et rubedo in facie et in oculis quandoq; cum fortitudine febris ⁊ pūctiones in corpore cum dolore dorſi necnon et lachrymas oculorum cum vocis raucedine. Et dicit Auicenna q̄ morbillus eſt proprie colericus et minoris q̄titatis non pertranſiens cutem et lachrime ī eo ſunt plures et inflammatio et anguſtia eſt vehementior ſed minus adherens oculis q̄ variole. Unde cum variole incipiunt apparere ſicut capita acuum aut milij granum vel ſicut caput formice. deinde incipiunt multiplicari et magnificari et faciunt cruſtam et ſaniem. deinde ſiccantur et cadunt. Tamen ſi fuerint ex ſanguine vergunt ad rubedinem. et ſic de alijs pronoſticatio dicit Auicenna q̄ ſi variole fuerint cito apparētes atq; maturantes ſignum eſt bone criſis vel quaſi criſis et per modum criſis. Si autem vergunt ad colorem violaceum liuidum vel viridez ſeu nigrum ſunt peſſime et mortales. et cum apparet ſanies virulenta mors eſt in ianua. Sed ſi modo appareant modo occultantur malū ſignū eſt. Et ſi fuerit difficultas anhelitus peſſim̄ eſt. et econtra erat bonum ſignum. Cura ſm dictum Auic. ſi corpus eſt plectoricum et ſanguis dominetur ⁊ virtus ſit fortis in principio vſq; ad ſcḋz vel tertium diem incluſiue fiat flobothomia ḋ vena cardiaca ſeu de mediana. Poſtea de ſummitate naſi que facilis eſt ſup infantes pp malicia variolaꝝ. Et ſil'r fit ī morbillis pp replōez ſanguis cum ergo ſecundam diem tranſiuerit et variole ceperint apparere tunc adminiſtra ſm Auic. ea que ſunt vehemētis expulſionis ad exteriora. vt ſequitur. ℞. caricaꝝ albaꝝ numero. x. lentiū mundꝰ. ʒ. i. lacce. ʒ. ij. dragagti albi. ſe. feñ. ſe. citonioꝝ. añ. ʒ. iij. zucca. quart'. i. clarificetur et fiat apozima ad ℔. iij. dādo mane ⁊ ſero donec omnes apparuerint. Sed infantibus poteſt dari ī principio variolarum ſuccus citranguli cū zuc. aut pomi citri ſeu maloꝝ grana. acetoſorum cuz zucca. Unde ſi iſta paſſio fuerit ſanguīea aut colerica cum fe. tunc preparetur materia cum his que ſequuntur. ℞. orizacc. ſimpl'. ℔. ſ. ſiru. viol'. ſiru. de fumoterre. añ. quart'. i. miſceantur. Et ſi materia fuerit m'lica poteſt digeri cum ſiru. diuretico de borraginibus et de fumoterre. Vel poteſt fieri talis embrocatio vt extra expellātur cito. ℞. folioꝝ apij. feñ. añ. faſciculum. i. lentium mundꝰ. ℔. ij. bulliantur in aqua et cum tepida fuerit intingatur linteamen in illa aqua et ip̄o ex p̄ſſo patiens inuoluatur. Et nota ſm Auic. q̄ propter leſionem variolaꝝ et morbilloꝝ in corpore quinq; al'. ſex partes ſunt obſeruāde. primo oculi ne diſtrahantur. guttur ne ſuffocet̄. pulmo ne vlceretur. inteſtina ne excorientur. In conſeruatione nāq; oculorum. ℞. aque coriandri aq̄ roſ. damaſ. añ. quart'. i. ſumat. ʒ. ij. croci. canfore. añ ℈. i. aque albuminis ouorum. ʒ. i. fiat collirium ⁊ cum bombace frequenter oculis apponatur. Ad cuſtodiam narium inungantur nares cum agreſta et aceto et aqua roſata mixtis. Sed ad cuſtodiam gutturis gargarizetur frequenter diamoron cum aqua calida decoctionis ordei mundꝰ. Et ad cuſtodiam pulmonis vtatur diapapauere cum aqua decoctionis. Ad cuſtodiam inteſtinorum vtatur cōſtrictiuis vt trociſcis factis de ſumac coriandro. ſpodio cum ſucco acetoſe al'. cuz ſuccis acetoſis. et alijs conſtrictiuis capitulo de ſinthamatibus febrium dict'. Et ad remouendū veſtigia variol'. que in facie remanſerunt. ℞. ceruſe lote. litargiri carbune auri lote. pulueris radicis arundinis aduſte. cocule marine. olei lilij. cere albe quod ſufficit fiat vnguentum citrinum et optimū eſt ad vlcera variolarum. hec Auicenna. Dieta ſit auenatum ordeatum cum lacte amigdalarum condita et amigdalatum. vue paſſe munde. iuiube. lētes. cocte cum duabus aquis Item brodium pullorum iuuenum cum lentibꝰ coctis et agreſtis. Panis ſit bene fermentatus

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

et coctus. Et vinum ſit clarum rubeum odoriferum cum aqua citrãguli limphatum. Poteſt vti fructibus ſuccis acetoſis. Quã ſm intentionem Auic. variole poſtq̃ apparent manifeſte ſunt p̃ totum corpus expanſe iam non competit flōia. quia tunc materia traheretur ad interiora ab exterioribus. et eſſet cauſa maioris nocumenti. ſ3 cum materia conſiſtit interius hoc eſt in principio tamen particularibus conuenientibus bene vt dictum eſt competit flōia vt materia deſiccet et corpus in parte mundificetur. Item etiã ſm Auic. ſciendum eſt q̃ variole ⁊ morbilli poſſunt generari in membris interioribus ſicut in pulmone et in inteſtinis et alijs ſimilibus mẽbris. et eſt valde malum quia debilitatem virtutis ſignificant expulſiue ꝓpter quod eſt eis cito cum predictis ſuccurrendum ne pereant.

¶ De accidentibus febrium.

¶ De nimio ſudore. Capl'm. i.

**Extra intẽtionẽ** Gal. xij. parte megategni ſinthomata in febribus interdum adeo fuerunt maxima vt omiſſis febribus cogãtur ſumme illa accidentia expellere. quia obuiando accidentibus vt ipſi morbo obuiam⁹. Unde quia ex acutis peracutis et longis et cronicis febribus contingit quãdoq̃ cardiaca paſſio ſuperuenire que dr̃ a cardian grece qđ ẽ calor al' cor latine. quia totum cor et corpus in ſudorem reſoluitur et ab actoribus diaforetica et cardiaca nũcupat'. q̃m ipſa diaforeſis. i. pororum apertio comitatur. ſ3 tamen prima habet ꝓprie exordium a corde cũ fiat a calore ſubtilem humiditatẽ cordis diſſoluente et ipſam conſumente et deſiccante. Secũda vero prouenit ab alijs membris vt ab epate ſtomacho vel venarum repl'one. et cum impetu quandoq̃ bis aut pluries fit et parum durat. Et nota q̃ cardiaca paſſio quandoq̃ cauſatur cum fe. quandoq̃ ſine fe. Sed cum fe. duobus mōis vel cum fe. acuta ſicut eſt cauſon vel cum fe. lenta. Si cum fe. acuta curetur ſic. Cura eſt. In p̃ncipio aer frigidus et ſtipticus cum flabellis preparetur in eius camera bene mundata. aceto albo ſparſa frigidi flores et folia ſternantur. Deinde extrinſecus tale ponatur ſinapiſma. ℞. mucillag'. pſillij gũ i dragagti. ſe. citoniorum in aqua infuſorum. añ. quart'. i. albumia ouorũ tria miſceantur et fiat vnguentum quo vngatur cordis regio ante et retro. ſimulq̃ frontis ⁊ epatis et ſtatim ſinapizetur pul'. qui ſequitur. ℞. trium ſandal'. acacie. roſ. foliorum mirte. gallarũ. ſe. arnogloſſe. añ. ʒ. ij. pul'. cornu cerui combuſti. ſãguis draconis. añ. ʒ. i. fiat pul'. ſubtiliſſimus. vñ ſm conſtantinum in viatico. Sirupus roſ. poteſt quotidie adminiſtrari cum aqua frigida citranguli et electio quod ſequitur. ℞. trium ſandal'. carnium citoniorũ cum zucca. añ. quart'. cõſerue citranguli. ℥. ß. panis zucc. ℥. ij. pãnorum auri puri. vi. miſceantur. Et nota ex dictis Aui. iiij. cañ. et Gal'. in decri. ſi natura videatur debilis vt non poſſit tolerare criſim ſeu vltra terminum tranſire vel fuerit ſinthomatic⁹ tunc ſubito fiat euentatio et infrigidetur locus aut poſitus in aere frõ cõmoueat' ne eueniat nature ſuffocatio. Nam melius eſt vt morbus ꝓlongetur q̃ ſi natura deficeret. Et tunc confortetur natura cũ cordiali Auic. quod ſequitur. ℞. optimi ſpodij. coralli rubei. ſandali muſcatelini. añ. ʒ. i. iacintorũ. ſafirorũ. ſcalpellorũ. ſmaragdorũ. añ. ʒ. ß. oſſis đ corde cerui electi. ʒ. i. zucca. candi. ℥. ß. margaritarum ſplendidarum orientalium limature auri. añ. ∋. ß. conſerue roſ. bugl'. añ. ℥. ß. coriãdri p̃parati. ʒ. ij. panis zucca. ℔. i. aque roſ. ℔. ß. pannorum auri puri. xv. fiat electuarium vel cordiale in bolis. Deinde apponatur ſupra regionẽ cordis et ſtomachi qđ ſequit'. ℞. roſ. alfite oĩm ſandal'. foliorũ mirte. añ. ʒ. i. raſure eboris. ʒ. ß. aque roſ. ſucci arnogloſſe. añ. quod ſufficit miſceant' deinde fiat vnguentum quod ſequitur. ℞. olei roſ. olei mirtini. añ. ℥. ij. acacie. ſan. draco. terre ſigill'. añ. ʒ. i. pul'. oſſis de corde cerui combuſti. ʒ. iij. albumia ouorum. ij. miſceantur et ſuper regionem cordis ante et retro inungantur et epatis totiens donec curetur.

¶ De fluxu ventris ſinthoẽatico. Capl'm. ij.

**Dẽ conſueuit quã**doq̃ euenire a principio cõtinue fluxus ventris ſinthomaticus et ideo ſi talis fluxus ventris ſuperueniat vi ſinthomatis quod cognoſcitur. quia quanto magis fluit tanto plus patiẽs debilitatur cã particularibus cõuenientibus. de vena baſilica poteſt fieri flōia ⁊ ſtatim adminiſtrari ſir. roſ. cũ electuario quod ſequitur. ℞. zucca. roſ. alexandrini. carniũ citoniorum cum zucca. conditarum. añ. ʒ. iij. ſpodij. acacie. ſan. drac. añ. ʒ. i. aque roſ. ℥. ij. panis zucca. ℥. iiij. pannos auri. v. miſceantur. Si autem fiat vi nature quod poteris cognoſcere q2 paula

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

tim et ſuauiter fluit et patiens inde alleuiatur ⁊ fortior efficitur et tunc non fiat flōia ſed intercipiatur fluxus et materia alteretur.

¶ De fluxu ſanguinis nariuꝫ. Caplm. iij.

# Liud ſinthoma cō

a ſueuit ſuperuenire febricitantibꝰ cōtinue videlicet fluxus ſanguinis narium quādoqꝫ in alio tempore quia ſi talis fluxꝰ ſinthomaticus cum magno venit et cum nimia debilitate patientis in principio morbi tunc pticularibus cōuenientibus iuxta intentionē Gal. quinto de ingenio ſanitatis ⁊ Auic. iij. canonis ꝺ vena cefalica partis oppoſite minuat ſanguis duabus vel tribus vicibus extrahatur. Deinde cum exhibitione aliquorum leuium conſtrictiuorum ſuccurratur. vt ſequitur. ℞. ʒucca. roſ. alexandrini. ℥. iij. ſangui. dra. ʒ. ij. pannorū auri. vi. miſceantur et cum ſirupo roſ. et mirtino detur. Et ponatur emplaſtrum ſupra frōtem et timpora ex his que ſequūtur. ℞. argille fortiſſime. ℔. i. aceti ſucci arnogloſſe. aque roſ. añ. quod ſufficit. boliar. quart ʒ. i. albumina ouorū. iiij. miſceātur et omnia piſtentur fortiter. Et idem emplaſtrum ponatur ſuper regioneꝫ epatis ſi a dextra nare fluxerit. vel ſupra ſplenem ſi a ſiniſtra venerit. Et in naribus intromittatur tenta ex ſucco arnogloſſe et fimo aſinino recenti illinita.

¶ De dolore capitis. Caplm. iiij.

# Liud ſinthoma cō

a ſueuit euenire in febribus compoſitis vt dolor capitis et frontis. Et dico ꝙ ſcḋm conſtantinum in viatico et alios doctores medicine debet fieri inunctio cum oleo roſ. et aceto maxime qꝛ ſunt frigida et alteratiua facientia ceſſare fumū febrilem calidū et ſiccuꝫ nature infectum bonum eſt et quandoqꝫ ſinthomaticus ex fumo mlꝉico caput petente et ex vaporibus febris aſcendentibus cum impetu ſubito veniens. Unde ſi talis dolor ſit creticꝰ natura ſcḋm Auic. iiij. canonis fiat inunctio neqꝫ frigida repercuſſiua quia ſic impediretur criſis. fomētatō tamē pōt fieri ſcḋm rogeriū cum aqua decoctiōis hedere cicoree lactuce. portulace. coriandri pꝑparati. foliorum mirte roſ. florum camomille. añ. quod ſufficit niſi ſit reumatica qꝛ ſcḋm alexandrū in cauſis reumaticis non debet fieri flōia vel inunctio neqꝫ fomentatio aliqua. quia ſic augmentaretur reuma. et eſſet cauſa maioris ſinthomatis. Et nota ꝙ dolor capitis poteſt veraciter cognoſci per vrinam velut ſubiugalium apparēter conturbate his dolores aut aſſunt aut aderunt et eſt regula generalis.

¶ De ſingultu. Caplm. v.

# Liud ſinthoma ſo

a let euenire febribus continuis videlicet ſingultus qui ſcḋm conſtantinum in viatico fit principaliter aut ex humore ſeu vētoſitate repletione aut complexiōe frigida ꝓuenit vt plurimū in ſenibus et quietis ⁊ humidis nutrimentis nutritis. Scḋo modo vt iam preceſſit fluxus ſanguinis a naribus vel nimius vomitus vel fluxus ſeu ſudor vel abſtinētia ſeu febris acuta et tunc patiuntur ſiccitatem in ſtomacho aut nimium calorem ſiue eſtuationē quā vt plurimū patiuntur iuuenes et nimiū laborantes. Nā ſcḋm Auic. iij. cañ. de magis conferentibus ſingultū ex nimia replōne eſt vtilis vomitus ꝓuocatio. Et ſi patiens euomat et non ſedetur ſingultus tunc ſignificat apa in ſtomacho aut ī radice nerui venientis ad ipm ex cerebro. et tunc ſequitur talem ſingultum illa rubedo oculi teſte ypo. vij. particula aphoꝛum dicente ꝙ quando vomitus non ſedat ſingultum et cum eo eſt rubedo in oculo eſt malum et periculoſum. Et ſignificans apa ſtomachi aut cerebri. et adminiſtretur tunc ſcḋm Aui. aqua et ſimul cum vino malorū grana. muſorū ſimulqꝫ dulcium. Et da orizacca. compoſitā cum ſirupo abſin. Deinde poſt vomitum yerāp. et poſt vtatur mirabol. conditis. vnde ſi talis ſingultus ex inaniatione veniat quod tarde accidit et difficilis curatur tūc ſi fiat ex calore actiue detur pmo ſcḋm conſtantinū in viatico ſimplex orizacc. quotidie cum aqua frigida vel ſiru. viol. cū aqua ordei et electio quod ſequit. ℞. zucc. viol. alexandrini: ℥. iiij. diadragti frigidi papaueris al. añ. quart ʒ. i. pānos auri. vi. miſceātur. Inde epithimetur ſtomachus cū his que ſequūtur. ℞ ſucci vermicularis ſucci ſpuiue. añ. quart ʒ. vi. oli viol. ℥. iij. cere albe. ℥. ß. coquantur vſqꝫ ad ꝯſumptionē ſuccorū et fiat emplaſtrū. et ſemper regatur corpus cū humectantibus et confortantibus corpus ſcḋm naturaꝫ patientis. Et nota ꝙ ſingultus veniens ex inanitione cuꝫ febre periculoſus eſt et ſine febre minus timendus.

¶ De vomitu. Caplm. vi.

# Liud ſinthoma cō

a tingit febri continue. ſi vomitus ſuperfluus qui ſcḋm Auic. tertio cañ. accidit multis modis. ſed hic ſpecialiter poſſumus reducere ad duos nam aut veniet ex humorum



(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

calidorum abundantia et hoc ꝓpter ebullitōem aut abundantiam frigidorum humorum ꝓpter expreſſionem. Calidos autez humores in cauſa eſſe in ore ſtomachi cognoſcimus per vomitum colericum croceum vel viridem rubeuz vel vitellinum ſeu eruginoſum ſeu etiam per ſitim ⁊ oris amaritudinem et ſtomachi dolorem. Sed frigidos humores in cauſa cognoſcimus per eructuationes inſipidas vel acetoſas q̄ in vomitu ſtico aquoſo ſeu viſcoſo in multa q̄ntitate ſolet euenire et ſtomachi grauedine cuz eius frigiditate vt dicit Auic̄. iij. can̄. fen prima tractatu. ij. ꝙ vomitus creticus nullo modo abſcindatur niſi magna inſtet neceſſitas quoniam per ipſuz a malis humoribus ſtomachus mūdificatur. ſʒ ſi timuerimus ꝙ vomitus augmentetur et infirmus deficere incipiat tunc confortetur natura cum his que ſequuntur. ℞. ſucci citoniorum. ſucci piroꝝ ſucci maloruz grana. muzorum. an̄. quartʒ. i. ſucci mēte. ʒ. iij. acacie. ſpodij. an̄. ʒ. ij. mirtill̄. et ſiru. de menta cum aqua ciſternali et vino maloꝝ grana. muzorum cum electio quod ſequitur. ℞. trium ſandal̄. ſpodij. coralli ru. coriandri preparati. antere capparis. ſemi. iuſquiami papaueriſ al. an̄. ʒ. i. ſucci citrāguli quod ſufficit panis zucca. ℔. i. pannos auri puri. vi. miſceantur. et iſta fiant in ſtomacho calido ſimul cum materia calida. Item ligentur extrema vt brachia et crura ſm Auicennam et fricentur extrema ponendo ſepe pedes ī aqua calida. Et ponatur emplaſtrū quod ſequitur ſuper ſtomachuz. ℞. maſticis puriſſimi. ℥. i. ponatur in aluta ad moduz ſcuti. Si ex flegmate frigido ſuperueniat vomitus in primis fiat calefactio extremitatum cuz pannis calidis et vnguentum calidum ſuper ſtomachum apponatur vt ſequitur. ℞. pul̄. cimi. baccarum lauri maſticis olibani. an̄. ʒ. i. olei laurini. olei maſtʒ. an̄. ℥. ij. miſcʒ. et lana ſuccida intingatur ⁊ calefacta; deſuper ponatur. Item detur electuarium confortatiuum vt diamargariton ſimul cum diacitoniten. Item in omni vomitu poteſt dari iſte pul̄. q̄ ſequit̄. ℞. corꝫ citri. lig. aloes. maſtʒ. coriandri preparati. portul̄. ſandal̄. muſca. an̄. ʒ. ij. fiat condimentum vel ponatur in cibis.

## ¶ De ſuffocatione gutturis et de apoſtematibus. Capl̄m. vij.

Aliud eſt ſinthoma ſuperueniens febri continue vt apoſtemata periodica que fiunt de materia venenoſa ad collum et ad pedes iuxta aures diſcurrentes. Unde comprimūtur vie aeris ciborum et potuum propter quod de ſuffocatiōe eſt timendum. Unde cum talia eueniunt ſm intentionem ypo. tertia particula prouocatoꝝ in die cretica poſt ſigna digeſtionis poſſibile eſt ꝙ ſit ad bonum. ſed ſi ante euenerint difficile eſt ꝙ euadant maxime cum vrine eorum apparēt crude et tali modo multi perierunt. Unde ſi contingat ꝙ iſta apoſtemata per viam cōgeſtionis aut deriuationis ſuperueniant tūc purgetur ſm materiam peccantem primo. deinde ſm conſtantinum in viatico non apponātur repercuſſiua vllo modo quoniam deriuatio ipſius materie fieret ad cor ſubito. Si autem materia vergat ad groſſiciem quod apparebit per ſigna manifeſta cum his que ſequuntur preparetur. ℞. rad. altee. folioꝝ mal. lapacij acuti. brāce vrſine. an̄. ℳ. i. farine fenugreci. ſemi. lini. an̄. ℥. i. olei laurini. violati camomille. an̄. ℥. ij. axūgʒ galline anatis. an̄. quartʒ. ß. miſceantur et fiat emplaſtrum. Et nota ſm Galienum de ſimplici medicina ꝙ folium mente vel ſuccus eius ſolus aſperitatem lingue et trachee artie curat.

## ¶ De retentione vrine. Capl̄m. viij.

Aliud ſinthoma cōſueuit euenire febri continue qr quādoqꝫ in die cretico quandoqꝫ in non cretico humores conſueuerunt venire cum vrina ad veſicam et ibi faciunt magnam inflationem et dolorem propter quod retinendo vrinaz ſuffocatur patiens et videtur mori et preter naturam inflari. Quibus poteſt dari talis puluis ī potu. ℞. bdellij iudaici. milij ſolis. lapidiſ lincis ſemi. ſaxifrage cum aqua decoctionis cicerum vel brodio pulle. Uel peſſarizetur cum ſtringa argentea aque decoctionis ordei mund̄. ⁊ cicerum nigrorum cum oleo ſcorpionum et axūgia cuniculi in ipſo reſoluta. Item fiat ſimplex cliſtere. Et nota ſm Auicennam quarto canonis fen prima. et primo in habente dolorem veſice ſi apoſtema in ſub aſſella eius ſiniſtra in forma citonij apparuerit maxime in die ſeptima tunc patiens morietur infra quindecim et proprie ſi ei accidat ſomnus profundus.

## ¶ De vigilijs. Capitulum. ix.

Aliud ſinthoma cōſueuit euenire febri cōtinue. ſi inſtantia vigiliaruz que ſepius cauſat̄ quā

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

do materia eſt nimis furioſa ex qua fumus malicioſus cito reſoluitur: vel quādo conſtipatio vētris accidit vnde fumi ab ipſis fumoſitatibꝰ reſoluti humiditatem cerebri deſiccant ſeu ex nimio fluxu ex quo deſiccatꝰ corpus multū ⁊ fumi non aſcendunt ad caput ꝓut debent quare non inducunt ſomnū ꝓpter quod cauſatur inſtantia vigiliarum. Si autem ꝑmo eueniat ex fumoſitate febril' materie tūc offeratur ſirupus viol'. cum ptiſana ⁊ electuario qd̄ ſequitur. ℞. zucca. viol'. dia papaueris albi. an̄. q̄rtꝫ. i. opij thebaici. ℈. ß. pannos auri. vi. miſceatꝰ. Item ſuper os ſtomachi et regionem epatis ponatꝰ emplaſtrū quod ſequitꝰ. ℞. alfite bene mūde lib. i. ſucci ſolatri ſucci ꝟmiculari ſucci ſempuiue an̄. quod ſufficit miſceantꝰ vnde ſi in fluxu ventris acciderit detur ſirupus roſ. cum aqua decoctionis ſeminis portulace ſeminis papaueris albi. anthere ſemis citoniorū an̄. ℥. ß. zucc̄. quod ſufficit. Et ſequatꝰ ſtatim electuariū quod ſequitur. ℞. ſucci roſ. alexā. ℥. iiij diarodion diapapauerꝫ. an̄. q̄rtꝫ. i. aq̄ ro. ʒ. ij. panis zuccaris qd̄ ſufficit pānos auri. v. miſceatur Si tamē fiant vigilie ex ventris conſtipatiōe ⁊ patiens ſit debilis tunc adminiſtretꝰ de penidijs ficle ſeu ſuppoſitorijs de lardo in aq̄ frigida īdurato. Et ſi fuerit nimis debilis fiāt ſuppoſitoria de melle ⁊ ſtercore muris ⁊ ſale cōmuni vel de ſapone hiſpanico ſeu d̄ folijs mercurialis tritis cū oleo violaceo.

De excoriatiōe trachee arterie. Ca. x.

Aliud ſinthoma cōſueuit ſupuenire febri continue: ſcilꝫ excoriatio trachee arterie ⁊ palati: ⁊ ita vox impeditur ⁊ rauca penitus efficitur ⁊ vix verba patientis intelligūtꝰ. Contra talem paſſionem fiat ꝑmo talis purgatio. ℞. ordei mund̄. quartꝫ vnū. penidiorum q̄rtꝫ. ß. liquiꝰ. mundate. vuarū paſſularū mundatarū abarillis. an̄. ℥. i. ſeminis pſillij citonioꝝ zuccari candi. an̄. ℥. i. ſucci liqui. ʒ. iij. tres miſceatur. Itē fiant pillule iohānis damaſceni valentes cōtra raucedinem ⁊ trachee arterie excoriationē. Et valent in omnibꝰ paſſionibus pectoris que fuerit de materia calida vt ſequitur. ℞. zuccari candi dragaganti albi. gummi arabici. an̄. ʒ. duas ſeminis pſillij ſeminis citoniorum ſeminis portulace. an̄. dragmas ß. conſerue violarum. ʒ. iij. iulep. quod ſufficit miſceatur. teneatur frequenter in ore donec liqueſiant. Item ponatur ſal Galieni panni infuſi in aqua arnogloſſe. ⁊ aqua roſacea. et fiat remedium.

De tremore membrorū. Capl'm. xi.

Aliud ſinthoma cōſueuit euenire febri cōtinue ſcilꝫ tremor membrorum qui frequēter accidit ex magno calore febrili membra ⁊ neruos debilitāte quibus ſubueniatur cōſilio Rogerij cū vnguēto quod ſequitur. ℞. olei roſ. ℥. ij. olei maſticis. ℥. i. cere albe. ʒ. iij. miſceatꝰ. ⁊ fiat inunctio ſuper ſpinam dorſi a ſummo ſpondili vſq; ad inferius ſpondile: ⁊ circa genu ⁊ cubitos. Itē cōfortetur natura cum electuario reſtauratiuo frigido quod ſequitꝰ. ℞. zuccari roſ. alexandrini. ℥ q̄ttuor candi conſerue viola. conſerue bugloſſe. an̄. ʒ. duas margaritarum perforatarū orientalium. ℈. i. pānos auri. vi. roſ. ʒ. ij. panis zuccari. ℥. tres. fiat electuariū. vnde cum predictis vnguētis poteſt fieri inunctio contra debilitatem ſtomachi nequeuntis cibaria retinere. ⁊ ſic de alijs remedijs.

De ſincopi. Capl'm. xij.

Aliud ſinthoma cōſueuit euenire febri: ſcilꝫ ſincopis q̄ cauſatur ſm̄ Galienū ex acumie materie vel morbi neruos debilitātis ⁊ ſpiritus vitales cōſumentis. Nam ſi ſincopis accidat in peroxiſmo febris: aut poſt febrē. Tunc in ꝑmis irroretꝰ tota facies cum aqua roſ. damaſcena ſeu aqua frigida. Item pluma galline imbibatur in aceto tepido ⁊ in naribus intromittatꝰ ⁊ curabitur probatum eſt. Et trahantur nares et ſtringatur digitus auricularis. Item vtatꝰ mane et ſero iſto electuario. ℞. diamargariton triaſandali. an̄. quartꝫ. i. zuc. ro. alexādrini. ʒ. iij. zucc. candi cōſerue bugl'. an̄. ʒ. ij. aque roſ. ʒ. i. zucc̄. ℥. ij. fiat electuariū. Item ſi hyems fuerit detꝰ oxizacara cū aqua calefacta. vnde ſi talis ſincopis accidat ex dolore ſtomachi pōt fieri talis ſaccellatio. ℞ abſin. florū camomille melli. an̄. ℥. i. coralli rub. ſandal'. muſcatel'. an̄. ℥. ß. corticis citrāguli. ʒ. iij. cōquaſſentur fortiter ⁊ fiant duo ſacculi in aqua tepida infuſi ⁊ bene exꝑſſi aliquātulum aq̄ roſ. madefacti ſuperponatꝰ frequenter. Si aūt talis ſincopis cum febre venerit in pueris ratiōe vermiū: tūc infundatur ſpongia in aceto calido aliquātulum exꝑſſa naribꝰ apponatur vel predicta pluma in aceto infuſa intromittatꝰ. et ſtatim apponatur ſupra ſtomachū emplaſtrū quod ſequitꝰ ℞. alfite lib. i. ſucci craſſule minoris lib. ß. ſucci perſiccarie. aceti albi. an̄. ℥. duas miſceantur als



(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

miniſtrentur. Et nota experimentum ſi alicui ac
cidat ſincopis ꝑpter vermes da ante peroxiſmū
ad bibendum ſirupum viol'. et ſi doloꝛ augmente
tur tūc doſis augmenteꝛ. Et ſi nō erit ex alia cau
ſa. Item in vꝛina ſm Rogeriuꝫ clariſſime deno
tatur. quoniā appꝫret multū groſſa in ſubſtātia
que plures reſolutiōes cineroſe flaui coloꝛis ⁊ in
coloꝛe cōſiſtunt ſeparate. ⁊ hoc experto maſtice-
tur ſtatim rotula raſani domeſtici et ipā maſtica
ta nares patientis repleanꝛ expertum eſt. Et no
ta ꝙ patientes ſincopim non debēt doꝛmire: qꝛ
tunc augetur maioꝛ ſincopis. Si tamē talis ſin-
copis ratione aboꝛſus pꝛoueniat quia in natura
liter rumpuntur vene et nimium fluit de ſangui
ne tunc cito ſuccurratur cum inſtitis foꝛtiter li-
gando et cum ſirupo roſaceo et mirtiloꝛum cum
electuario quod ſequitur. ℞. diacodion zuccari
roſa. alexandrini. añ. quartꝫ. i. acatie. ſandra. ter
re ſigilla. maſticꝫ. añ. ʒ. ß. panis zuccari. ʒ. al's. ℥.
iij. aque roſ. dama. quod ſufficit pannoꝛum auri
quattuoꝛ miſceatur. vnde capite depꝛeſſo ⁊ pedi
bus aliqualiter eleuatis vētoſe apponanꝛ in ra-
dicibus vberū iuxta dicta Ypocra. ꝗnta ꝑticula
amphoꝛiſmoꝝ dicētis. Mlieri ſi vis mēſtrua re
tinere ſitiam maioꝛem ad mām̄illas appone. Et
ſi doloꝛ eſt ex cauſa calida ponantur epithimata
frigida ⁊ econuerſo.

¶De doloꝛe lateris. Capl'm. xiij.

# Liud ſinthoma cō

a ſueuit euenire febꝛis cōtinuis ⁊ ē do
loꝛ lateris ſm Galieni intentionem
qui eſt infixiuus quādoqꝫ pungitiuus ſiue exten
ſiuus et quādoqꝫ aggrauatiuus ſiue erratiuus.
vnde x̄ſus. Infigit extendit aggrauat ⁊ errat. ꝗ
bus omnibus eſt ſuccurrendū per flobotomiā et
farmaciam: vel ſi ſit cōſtipatio per cliſteria: ⁊ ſic
de alijs.

¶De ſudoꝛe coꝛdiace. Capl'm. xiiij.

# Ardiacus ſudor.

c ſm Galienū. v. amphoꝛiſmoꝝ eſt va
poꝛ fluidus a toto coꝛpoꝛe ⁊ coꝛde re
ſolutus ꝑ poꝛos exiens ⁊ cuteꝫ hūectans. Et dꝛ
a cardian grece qd̄ eſt coꝛ latine qꝛ coꝛ ⁊ totū coꝛ
pus in ſudoꝛem reſoluitur. Cauſa ſudoꝛis cardia
ci poteſt eſſe illud qd̄ materiā reſoluit in vapoꝛē
⁊ iſte vapoꝛ eſt duplex: quia ꝗdam eſt ſiccus qui ē
materia capilloꝛum. alter eſt humidus qui ē ma-
teria ſudoꝛis. ⁊ iſte aliquando pꝛouenit ab exte-
rioꝛibus ſicut a caloꝛe ſolis vel ignis aut ex ven-
to meridionali ſeu nimio laboꝛe animali vel coꝛ
poꝛali. aut ꝑpter balneum ſeu nimias coopertu
ras ⁊ ſic de alijs. Aut pꝛouenit ab interioꝛibꝰ ra
tione caloꝛis reſoluentis ſubtilem humiditateꝫ
coꝛdis: ⁊ tunc aut eſt naturalis aut nō naturalis
Naturalis ſudoꝛ eſt ille qui fit ex bonitate virtu
tis regitiue et cum bona tolerantia patientis at
qꝫ alleuiatiōe: ſed inaturalis eſt ille qui cauſatur
a re nō nāli cū mala tolerātia vl' aggrauatōe. Si
gnoꝛū ꝗdā ſumunꝛ a ꝑte ꝙtitatꝫ. ⁊ ꝗdā a ꝑte ꝗli
tatis. A ꝑte quātitatis quidam eſt multus ꝗdaꝫ
eſt paucus. Multus enim ſudoꝛ aut fit ex parte
efficientis foꝛtiter reſoluentis aut ex multa ma-
teria ſubtili ⁊ aquoſa calida ⁊ humida atqꝫ vapo
roſa: vel quia poꝛi ſunt rari ⁊ ꝯtentiua debilis ex
pulſiua foꝛtis. Sed paruus ſudoꝛ aut ꝓuenit ꝗa
reſoluens eſt debile aut quia materia eſt pauca ⁊
groſſa ⁊ poꝛi ſunt denſi ⁊ contentiua foꝛtis et
expulſiua debilis. Sꝫ ex parte qualitatis ſue poſ
ſumus in cognitionem ſudoꝛis venire multipli-
citer. ⁊ hoc ratōe coloꝛis. ꝓmo quia ſi panni ſint
intincti ſudoꝛe ⁊ vergant ad rubedinem ſignuꝫ
eſt ſanguinis. Et ſi ad citrinitateꝫ ſignum ē cho-
lere. Si ad albedinem ſignuꝫ eſt flegmatis. Si
ad nigredinem vel liuoꝛem ſignuꝫ eſt melancho
lie. Iterum etiam ſumitur ſignum ex odoꝛe quia
ſi odoꝛ eſt grauis ⁊ fetidus ſignificat coꝛruptio-
nem humoꝛum. Sumunꝛ etiam ſigna ex ſapoꝛe
quia aliquādo contingit ꝙ gutta vna cadens in
oꝛe ſi patiens ſentiat amaritudinē tūc coloꝛā de
notat. ſi dulcedinem tunc ſanguinem. ſi ſalſedi-
nem tunc flegma ſalſum ⁊ ſic de alijs. Naꝫ ſm di
ctum Auicēne quarto canonis fen ſecunda tra-
ctatu ꝓmo. Omnis ſudoꝛ qui venit poſt ſigna di-
geſtionis ⁊ in die cretico et fit in toto coꝛpoꝛe et
cum patientis alleuiatione eſt bonus ſed quecū
qꝫ illarum ꝯditionum deficiat ſemper eſt malus
¶Cura. Sudoꝛ cardiacꝰ aut cauſaꝛ cū febꝛe aut
ſine febꝛe. Si cum febꝛe aut eſt creticus quātum
erit poſſibile minime reſtringaꝛ maxime cum ꝓ-
mo venerunt ſigna digeſtionis ⁊ eſt cū alleuiati-
one. Sed ſi talis ſudoꝛ fuerit et pertranſierit tē-
pus criſis opoꝛꝫ ſm Auic. ꝙ patiens euentetur
cū pānis in lecto aliquātulum ſe voluēdo aut cū
flabellis inſufflando ⁊ inungatur locus vbi ē mi
nera cū oleo roſ. et mirtino. deinde ſinapizetur
cum pil'. conſtanti. vt ſequiꝛ. ℞. roſ. triuꝫ ſanda
loꝛum folioꝛum mirte. añ. ℥. i. gallarum balauſt.
puluis coꝛnu cerui combuſti. añ. ℥. i. miſceatur.
Et dicit conſtantinus in viatico ꝙ ſirupus roſ.
cum aqua frigida datus valet. Poſſunt etiaꝫ fie
ri cliſteria lenia ⁊ ea que dicta ſūt capitulo de ſin
thomatibus febꝛium: qꝛ dictus ſudoꝛ eſt illauda

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

bilis et nature inimicus. Et ſi fuerint ſine febre
vt in ſanis ex cauſis extrinſecis fiat per farmati
am vt ſupra. de ſinthomatibus. Clarificatio. No
ta ꝙ ſudor ſm intentionem Galieni materiali-
ter prouenit ex ſecūda digeſtiua ſed effectiue ex
tertia. quoniam vapores contenti in poroſitati-
bus membrorum expelluntur: ⁊ ita ſudor poteſt eē
ſuperfluitas ſecūde ⁊ tertie digeſtionis iuxta di
uerſos modos loquēdi ⁊ intelligendi. ¶ Et nota
ꝙ ſi ſudor vēiat ex cauſis extrinſecis cōmuniter
et vt plurimum magis accidit de nocte ⁊ in hye-
me ⁊ in dormiendo cōſequenter in alijs iudicat
ꝙ̄ in eſtate.

¶ De veneno. Capl'm. xv.

**V**Enenum eſt mate-
ria horribiliſſime qualitatis et ſubti-
liſſime et aquoſa et a tota ſubſtantia
pernecans corpus humanum cuius ſpecies ſm
Auicēnam q̄rto canonis fen. vi. tractatu primo.
ſunt due vna eſt faciens operationē ſuaꝫ cū qua-
litate que eſt in ip̄o. Et alia efficiens a forma cū
tota ſua ſubſtantia. Cauſa ergo quare venenum
habet interficere eſt cōtrarietas totius ſubſtan
tie ad corpus humanū. vnde ſm Auicē. veneno-
rum q̄dam interficiunt ridendo ſicut croc⁹ ⁊ hoc
ratione ſue quantitatis. quedaꝫ oppilando vias
anhelitus ſicut plumbum. quedam mortificādo
ſicut opiuꝫ. q̄dam calefaciendo ſicut euforbium
⁊ q̄dam corrodendo ſicut cantarides. ⁊ ſic d̄ alijs
Signū omnium venenorū tam in cibis ꝙ̄ in po-
tibus aſſumptorum declaratur lucide ex dictis
Auic. in p̄dicto canon̄. q2 eorum ſignificatio ma
nifeſtatur ex accidentib⁹ que poſtea ſolent eueni
re in humanis corporib⁹. Quoniam ſi quis ſen-
ſerit ſaporem horribilem aut odorem aut mordi
cationē aut arſuram vel inciſionē aut puncturā
ſeu excoriationem aut ſi ſuperuenerit fluxus ſali
ue aut permixtio colorum: ita vt modo appare-
at vn⁹ modo alius aut nauſea aut inquietudo ac-
cidit: tunc certificatur eſſe venenum de genere
medicinarum acutarum calidarum: ſicut eſt arſeni
cum rubeum. argentum viuū ſublimatuꝫ ⁊ eufor
bium. ⁊ ſic de alijs. Si autem acciderit profun-
ditas ſomni ⁊ ſtupor aut frigus ſignificat eē ve-
nenum de genere narcoticorum ſicut ceruſa opi
um mandragora: ⁊ ita de omnibus alijs. Sed ſi
ſtatim appareat caſus virtutis ⁊ ſudor frigidus
atꝫ ſincopis: tunc ſignificat ꝙ eſt venenum de
genere cum tota ſui ſubſtantia rei cōtrarie quod
ē deterius. ¶ Pronoſti⁹. Si quis ſumpſerit per
os venenum niſi ſuccurratur cito morietur. Nā
ſigna mortalia ſm Auicēnam ſunt videlicet ſin-
copis occultatio pupillarum ſola alba oculorum
apparentia. tumor faciei ⁊ gule: ⁊ mutatio colo-
ris in liuorem vel nigredinem ſeu viriditatem:
nigredo lingue: ⁊ exitus eius multitudo ſaliue ⁊
dolor p̄cordiorum atꝫ ſpaſmus. ¶ Cura ſm in-
tētionem Galieni ⁊ Auicēne. Si quis ſuſpitio-
nem habuerit aut aliquo modo ſenſerit venenuꝫ
in cibo ⁊ potu ſuſcepiſſe quod poterit ſciri ſi fa-
melicus non eſt per ſaporem aut mordicationeꝫ
aut arſuram vel ſtuporem. vt dictum eſt tunc ſta
tim anteꝙ̄ virtus eius in corpore perambulet om-
ni verecundia poſtpoſita bis vel ter quantuꝫ po-
terit vomitus prouocetur ⁊ a veneno mundifice
tur ſtomachus cum his que ſequuntur. ℞. aque
tepide lib. i. olei cōmunis ſiſamini aut olei lilij d̄
vno aut de alio miſceatur ⁊ potio nato ſtatim tri
buatur penna galline oleo infuſa in eius guture
intromittatur. Stomacho autem aliquantulum
mundificato. iterum prouocetur vomitus vt ſequi
tur. ℞. aque decoctionis ſeminis vrtice: butyri
recentis cineris vitis lib. i. terre ſigillate libras
duas olei communis. ℥. ij. detur tepide. quia hec
omnia ſedant maliciam veneni. vt dicit Auic.

Finis.

Explicit tractatus de febribus celeberri
mi doctoris magiſtri Johis de Tor-
namira clariſſimi ſtudij mōtiſpeſſu
lani cācellarij. Impreſſuꝫ Lug
dunū p Johānem bachelier
artis imp̄ſſorie mgr̄ꝫ. An
no dn̄i. M. ccccci. die
No. xxvij. men-
ſis Iullij.

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

# Tabula capitulorum

## Tractatus de febribꝰ ⁊ eorum annexis.


| | | |
|---|---|---|
| Caplm.i. | De febre in generali | fo.ij. |
| Caplm.ij. | De effimera fe. | fo.iij. |
| Caplm.iij. | De febre ethica | fo.iiij. |
| Caplm.iiij. | De febre quotidiana | fo. vi. |
| Caplm.v. | De fe.ſinocha inflatiua | fo.viij |
| Caplm.vi. | De fe.ſinocha putrida | fo.ix. |
| Caplm.vij. | De febre cauſone | fo. xi. |
| Caplm.viij. | De fe.tertiana ꝯtinua | fo.xiij. |
| Caplm.ix. | De fe.quotidiana ꝯtinua | fo. xv. |
| Caplm.x. | De fe.quartana ꝯtinua | fo.xvi |
| Caplm.xi. | De fe.tertiana vera | fo.xvij |
| Caplm.xij. | De fe.tertiana notha | fo.xviij |
| Caplm.xiij. | De fe.quartana vera. | fo.xix. |
| Caplm.xiiij. | De fe.quartana notha | fo.xx. |
| Caplm.xv. | De duplici fe.quartana | fo.xx. |
| Caplm.xvi. | De duplici tertiana | fo.xx. |
| Caplm.xvij. | De febribus cōpoſitis | fo.xx. |
| Caplm.xviij. | De febre erratica | fo.xx. |
| Caplm.xix. | De febre epiala | fo.xxi. |
| Caplm.xx. | De febre lipparia | fo.xxi. |
| Caplm.xxi. | De cauſonide | fo.xxi. |
| Caplm.xxij. | De emitriteis | fo.xxij |
| Caplm.xxiij. | De medio emitriteo | fo.xxij |
| Caplm.xxiiij. | De maiori emitriteo | fo.xxij |
| Caplm.xxv. | De febre peſtilentiali | fo.xxij |
| Caplm.xxvi. | De variolis ⁊ morbillis | fo.xxiiij |


¶ De accidentibus febrium.


| | | |
|---|---|---|
| Caplm.i. | De nimio ſudore | fo.xxiiij. |
| Caplm.ij. | De nimio fluxu vētrꝫ ſin. | fo.xxiiij |
| Caplm.iij. | De fluxu ſanguis nariū | fo.xxv. |
| Caplm.iiij. | De dolore frontis ⁊ capīs | fo.xxv |
| Caplm.v. | De ſingultu ⁊ eructuatōe | fo.xxv |
| Caplm.vi. | De nimio vomitu ſtōachi | fo.xxv. |
| Caplm.vij. | De ſuffocatione gutturis ſeu apo mate auris. | fo.xxv. |
| Caplm.viij. | De ſuffocatione vrine | fo.xxv. |
| Caplm.ix. | De vigilijs ⁊ inqetudine | fo.xxv. |
| Caplm.x. | De excoriatōe trachee ar. | fo.xxvi |
| Caplm.xi. | De tremore membroꝝ | fo.xxvi |
| Caplm.xij. | De ſincopi ⁊ tremore cor. | fo.xxvi |
| Caplm.xiij. | De dolore lateris | fo.xxvi |
| Caplꝫ.penult. | De ſudore cordiaco | fo.xxvi |
| Caplm vltimū. | De venenis | fo.xxvi. |


(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja